Augsburg, um 1476

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cxxxvij

et surrexit. Et cum introisset
in domum discipuli eius secre
to interrogabant eum. Quia
re nos non potuimus eicere
eum. Et dixit illis. Hoc ge
nus in nullo potest exire: nisi i
oratione et ieunio. Offertorium. Me
ditabar in mandatis. Secreta. Hec
hostia domine quesumus emundet nostra
delicta. et sacrificium celebran
dum subditorum tibi corpora
mentesque sanctificet. P. Con.
Comedite panem meum et bibite
mustum quod miscuit vobis scias quia non
preparauerunt sibi sed tuis cum dies
dominicus est nolite contristari gaudium
enim domini est fortitudo nostra. Ope.
Sumentes dona celestia
supplicantes deprecamur:
ut qui sedula seruitute do
nante te geremus. digni
sensibus tuo munere capi
amus. P. Isaia vj. Letetur cor q.
Oratio quesumus omnipotens deus. Oro.
Ut obsequia cotidiana sacra
mentorum deuotione recolentes
et corpore tibi placeamus et
mente. P. do. Lectio osee prophete.
Hec dicit dominus deus. Con
uertere israel ad dominum
deum tuum quoniam corruisti in iniq
tate tua. Tollite uobiscum
uerba et conuertimini ad dominum
et dicite ei. Omnem auferas
iniquitatem et accipe bonum.
et reddemus uitulos la
biorum nostrorum. Assur non
saluabit nos. super equos
non ascendemus. nec dicemus
ultra deo nostro opera manuum
nostrarum quia eius qui in
te est miserebitur pupilli. Sa
nabo contricciones eorum.
Diligam eos spontanee
quia auersus est furor meus
ab eis. Ero quasi ros israel ger
minabit quasi lilium. Et um
pet radix eius ut libanus:
ibunt germina eius.
Et erit quasi oliua gloria eius
et odor eius ut libanus. Con
uertentur sedentes in umbra
eius. Viuent tritico et ger
minabunt quasi vinea. Me
moriale eius quasi vinum li
banum. Ego exaudiam et
dirigam eum: ego ut abie
tem uiuentem. ex me fructus
eius inuentus est. Quis sa
piens et intelligit ista:
intelligens et sciat hec. quia
recte uie domini: et iusti am
bulabunt in eis. Gra. Con
uertere domine aliquantulum et de p
care super seruos tuos. V. Domine
refugium factus es nobis a
generatione et progenie. S. Luca.
In illo t. Rogabat ihesum q
dam phariseus: ut cum illo
manducaret. Et ingressus
domum pharisei discubuit.
Et ecce mulier quae erat in ciuita
te peccatrix. ut cognouit
quod accubuit in domo phari
sei: attulit alabastrum
unguenti. et stans retro se
cus pedes eius. lacrimis
cepit rigare pedes eius. et

148